



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 65. Papæ Epistola ad Legatos circa Synodi translationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

re censuit, quod ad sua rediret, quam Sæcul XVI.  
se acerbioris repulsæ discrimini expone- A.C. 1546.  
ret. Itaque Tridentum reversus altera  
post discessum die ibidem advenit, un-  
de etiam Achilles de Grassis ex itinere  
suo revocatus fuit, sed eodem ferme  
tempore Romam missus acceptum de  
Cæsaris voluntate nuntium perferre, il-  
lumque transferendæ Synodo obluctan-  
tem significare jubebatur. Paulo post  
Fanensis Episcopus pariter Romam fuit  
ablegatus, ut de re gesta Papam certio-  
rem redderet, eique exponeret, quod  
ad placandos Germanorum animos plu-  
rimum conferret, si per unum adhuc  
vel duos menses Tridenti Concilium re-  
tineretur: Inde enim sperabat Madru-  
tius, fore, ut ipsemecet securus esset a  
tumultibus, quos hæc translatio per  
ipsius imprudentiam, ac animi vehe-  
mentiam excitata suscitare posset.

### §. LXV.

#### *Papæ Epistola ad Legatos circa Sy- nodi translationem.*

Priusquam hi Deputati Romam veni- *Pallav. ib.*  
rent, Tridentum allatæ sunt Ponti-  
ficiis literæ, quibus ob allegatas Lega-  
torum rationes, & hostilis exercitus  
terrorem ad vicina loca effusum, ad  
Synodi translationem animum flexit,  
mobs

Sæcul. XVI. suisque Legatis diploma ea de re trans-  
 A.C. 1546. misit, adjecta tamen sequenti conditio-  
 ne: *Si plerique Patrum ita vellent, ac po-*  
*sicerent. Legatis pariter injunxit, ut si*  
*id eveniret, Lucam proponerent; cum hæc*  
*urbs extra Pontificiam editionem sita & Cæ-*  
*sari addicta esset, adeoque hujusmodi, ut*  
*nullam merito suspicionem præferret. Im-*  
*perabat simul Papa, ut cuncta prius Ca-*  
*sari communicarentur, atque sine ejus con-*  
*cilio nihil hac super re decideretur, denique*  
*Legatis suis significavit, optare se quidem,*  
*ut Patres, antequam locus pro Synodo mu-*  
*taretur, Justificationis saltem Decretum,*  
*& alterum de Episcoporum residentia stabi-*  
*lirent, ne otiosa Tridenti Synodus dici pos-*  
*set: verumtamen in eo quoque Legati non*  
*tam, quod optaret, quam quod effici posset,*  
*prosequerentur.*

Ast Farnesius Cardinalis, qui allat-  
 is Papæ jussis Tridento nondum disces-  
 serat, hoc diploma Cæsareis exhibuit  
 Prælatis, qui vehementer commoti,  
 sese hisce mandatis opposuerunt, tan-  
 tumque impetrarunt, ne quicquam cir-  
 ca translationem usque ad nova Ponti-  
 fices jussa tentaretur. Nihilominus Mar-  
 cellus Cervinus Legatus Apostolicus  
 omnem movit lapidem, ut Farnesio  
 persuaderet, ne a proposito consilio de-  
 fisteret, sed potius toto studio rem bene  
 cæptam prosequeretur, hancque in rem  
 eidem

eidem funestam exposuit omnium Pa-Sæcul. XVI.  
trum conditionem, eoquod haud teme- A.C. 1546.  
re vereri cogantur, ne tanquam man-  
cipia in captivitatem abstrahantur, si  
Protestantium arma sint prævalitura:  
Urgenda igitur, prosequebatur Cardi-  
nalis, hæc Synodi translatio: *Ita enim  
Sedis Apostolicæ dignitas, ita libertas Con-  
cilii, ita Episcoporum securitas, ita disso-  
lutionis periculum, ita columen legitimæ  
auditoritatis postulant.* Si Germanica ex-  
peditio prospere cederet, spesque affulgeret,  
populos, qui desciverant, Concilium susce-  
pturos, possent tunc Patres & decenter, &  
cum fructu, & sine periculo Tridentum  
regredi.

Perceptis hisce rationibus Farnesius  
Tridento profectus est.

### §. LXVI.

*Farnesius Translationi a Legatis pro-  
ponendæ obliuſatus.*

**R**ebus ita dispositis Legati die duodecima mensis Augusti generalem habebant conventum suffragia collecturi, utrum Synodi translatio Patribus probaretur, ac derum quænam alia urbs Card. S. Felicis eligeretur, quoive pacto, si Pontifex ræ. suis insisteret mandatis, cuncta ad discussum præsto forent. Verum Legati literas a Farnesio Cardinale datas accepere,